

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Fridarici, Nummer 13

Noscant qualiter quidam nobilis clericus n(ominatus) Rihheri conplacitando dedit talem proprietatem, qualem habuit in locis tribus ita nominatis Himminga Cheminata Engilhartesheima per manus sui advocati n(ominati) Vuoluoldi cum omnibus ad haec loca pertinentibus silvis pratis agris cultis et incultis quaesitis et inquisitis ad sanctum Petrum sanctumque Ruodbertum post obitum vitae suae et Perhtoldi archipresbiteri perenniter possidendum cum X mancipiis sic nuncupatis: Reginolt clericus, Liutpreht faber, Rihpolt Vualtrich Vuillo Ôzi Ruoza Vuoppa Hiza Peza. Econtra sanctae Iuuauensis ecclesiae Fridaricus archiepiscopus per manum sui advocati n(ominati) Pernhardi cum consultu fidelium suorum clericorum scilicet et laicorum nobelium et ignobilium tradidit eidem Rihhario in Pisonzia, quicquid predictus archipresbiter Perhtolt in beneficium habuit in ambabus cortibus, quae dicuntur Riute cum hobis mansionariis ad illas duas cortes pertinentibus et XXX mancipia n(ominata): Ôzi et uxor eius Ôza, Pêzeman et uxor eius Imôza, Rizeman, Ôzi et uxor eius Engilpurch, Penzo et uxor eius, item Ôzi, Lanzo, Enzi faber, Izzo, Vuaninc et uxor eius, item Enzi et uxor eius, item Ôzi et uxor eius, Racco Hamizi Gizeman, Adalman et uxor eius Echa et filius eius Vuizili, Gîzo Gotta Kîza Penza, ut aequum est pro X, quae illae dedit usque ad finem vitae amborum, id est Rihharii et Perhtoldi, sine omnium contradictione in proprio habendum, postea vero utrumque et quod dedit et quod accepit sancto Petro sanctoque Ruodberto perpetuo consistere.

Isti Sigihart comes, Otachar comes, Engilpreht, Diotmar, Nortpreht, Altman, Aribo, Pâpo, Rîfuni, Irinch, Herideo, Lantpreht, Ratolt, Prûninc, Maachalm, Altman, Orendil, Ôdalscalch, Gêrhoh, Gundolf, Vuolfpreht, Vuillihalm, Reginhart, Gerolt, Reginhart.

Actum est ad Salzpurch, anno incarnationis domini DCCCCLXXVI, indictione quarta, VII. kal. mai., id est sub die XXV. mensis aprilis.